



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XVIII. Karoli Magni praeceptum pro Aniano Abbe monasterij Caunensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

custodieritis sanctum diem dominicum, omnia mala mitam super vos. Nam si custodieritis mandata mea & feceritis ea, dabo vobis benedictionem meam, & multiplicabo labores vestros usque ad abundantiam & usque ad meipsum, & usque ad vindemiam & pomiferum & totam substantiam, & quacunque petieritis dabo vobis. Amedico vobis. Si non custodieritis mandata mea, omnia mala habebitis, & addam vobis malum super quod habuimus. Et si fuerint presbyteri aut Diaconi, ubiunque invenerint epistolam istam, legant & aperiant illam ad omne populum, frequenter admoneant ut recedant ab iniquis suis operibus. Et omnis qui hoc audierit, & non crederit, anathema sit. Ego sum Dominus Deus vester, qui crucifixus fui propter vos, ut custodiatis vestimentos. Per istam epistolam, que ostensi vobis, fulcipe illam, & toto corde sine dubio credite, & audite frequenter, quia non fuit ab homini scripta, neque ab angelo, neque ab archangelo, nisi de verbo meo & de iuvavente mea, quia vera est scripta, & a supremo throno transmissa fuit, ut credatis. Et si vos emendare nolueritis, parate vos ad pensem mense Novembrio. Si erit grandis mictus super vos. Vermis, focus, & flamma, quacumen alios comedat vermis, & alios cremet ignis, & ceterorum, ut credatis quia mundus iste iudicatus est in grandis ruina. Iure vos per epistolam istam quia aliam vobis nunquam mittam antequam veniat iudicium meus super vos. Educ epistolam istam per universum populum de-nuntiate. Finis. Ut clavis & pius dominus noster Iesus Christus inspirat & liberare dignetur Amen. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

## XVIII.

*Karoli Magni preceptum pro Aniano  
Abbate monasterij Caunensis.*

An. 794.  
Ex archivo  
monasterii  
Caunensis. **K** Atoles gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum omnibus fidelibus nostris praetentibus & futuris. Reclum est regalis potestas illis tuitionem imperiat quorun necessitas comprobatur. Igitur cognoscatur magnitudo seu utilitas vestra quia vir venerabilis Anianus Abbas ex monasterio sancti Iohannis & sancti Laurentij, quod fuit constructum in locis nuncupatis Extorio & Olibegio, nostro synodali Concilio veniens unâ cum monachis suis Continuo, Stromundo, Lurio, cum omnibus rebus vel hominibus monasterij sui quas moderno tempore videtur possidere, se plenius commendavit, & nos sub nostra tuitione eum & monachos suos cum omnibus rebus atque hominibus suis recepimus ac retinemus, quatenus diebus vitæ suis sub nostra tuitione valeant quietè vivere & residere. Propterea has literas nostras pro firmatis studio ei dedimus, per quas omnino jubemus ut nullus quislibet de vobis neque de junioribus vestris prædicto Aniano Abbatii seu monachis suis nec rebus vel hominibus illorum contingere nec inquietare aut contra rationis ordinem columniam generare non præsumatis, nisi,

ut diximus, cum omnibus rebus vel hominibus illorum sub nostra tuitione valeant quietè vivere vel residere. Similiter concessimus ei villam Caunas sicuti Milo ad finum monasterium per suas litteras delegavit, cum omnibus appendicis suis, quatenus melius delectet ipsos servos Dei pro nobis vel stabilitate regni nostri Domini misericordiam exoriat. Et si aliquæ causæ adversus eos surrexerint, vel homines eorum autolæ fuerint, quia in promptu absque gravi illorum dispendio definire non potueritis, usque in noctram præfessionem reserverunt, quatenus ante nos secundum legis ordinem accipiunt finitivam sententiam. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel à fidelibus nostris melius conferetur, de anulo nostro eam subter sigillati jussimus.

Vindoladus ad vicem Radonis recognovit.  
Data xiii. Kalendas Augusiti anno vigesimo sexto & vigesimo regni nostri.

Auctum Franconoforti palatio regio in Deinomine feliciter. Amen.

## XIX.

*Preceptum Karoli Magni pro quodam  
Ioanne qui Sarracenos debellaverat  
in pago Barcinonensi.*

An 795.  
Ex archivo  
Archiepiscopatus Narbonensis.  
bonum. **I**n nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Karolus serenissimus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Notum est omnibus Episcopis, Abbatibus, Dicubibus, Comitibus, vel cunctis fidelibus nostris tam prætentibus quamque futuris. Reclum est regalis potestas illis tuitionem imperiat quorum necessitas comprobatur. Igitur cognoscatur almitas vestra qualiter Iohanne ad nos veniente, & ostendit nobis epistolam quam dilectus filius noster Ludovicus ei fecerat, & per ipsum ad nos dixit. Et invenimus in ipsa epistola insertum quod Iohannes ipse super haereticos sive Saracenos infideles nostros magnum certamen certavit in pago Barcinonensi, ubi superavit eos in loco ubi dicitur ad Ponte, & occidit jamdictos infideles, & cepit de ipsis spolia; aliquid exinde dilecto filio nostro obtulit, equum optimum & bellaria optima & spatam Indiam cum techâ de argento parata, & petierat in pago Narbonensi villare hereum ad laborandum quem dicunt Fones. Ille vero dedit ei ipsum villare, & dixit eum ad nos. Et clam ad nos venisset cum ipsa epistola quam filius noster ei fecerat, in manibus nostris se commendavit; & petivit à nobis jamdictos fidelis nostre Iohannes ut ipsum villare, quod filius noster ei dederat, concedere fecissemus. Nos vero concedimus ei ipsum villarem & omnes suos terminos & pertinentias suas ab integrâ, & quantum ille cum hominibus suis in villa Fontejoncosa occupavit vel occupaverit, vel de heremo traxerit, vel infra suos terminos, sive in aliis locis, vel villis, seu villate occupaverit, vel aprisione fecerit cum hominibus suis. Hæc omnia concedimus ei per nostrum donum, ut habeat ille & posteritas sua absque ullo censu aut inquierudine, dum nobis aut filiis nostris fideles extiterint. Quia